

& coactare replicant ut affirmant fuisse aliquod tempus in quo pau-
 lus dicere non auderet. Uuo non tam ego uiuit aut in me xpi.
 & illud; an experimentum quaeritis eius quoniam loquitur xpi.
 quale inquit experimentum xpi est audire paenulam quam
 reliquit roadae apud carpum ueniens tecum affer. & illud ad
 galatas utinam & excidantur qui uos conturbant. & in hac ipsa epis-
 tola. Simul autem & praecepit mihi hospitiu. Hoc autem si
 solum a apostolis sed prophetis quoque similiter accedisse unde
 saepius scribitur ferretur. factum est uerbum dni ad hierzechi-
 hel. siue ad quem libet alium prophetarum. quia post expleu-
 uat in ierusalem. rursus in semet & reuertens homo communis fi-
 ere te prophetis & excepto dno nro ihu xpo in nullo semet ipm pman-
 sisse. quod signum & baptista iohannes acceperat ut sup que
 uidisset spm semet descendente & manente in eo ipm esse cognos-
 ceret. ex quo ostendi super multos quidem descendere spm semet
 sed proprie hoc esse saluatoris insigne. quia permaneat in eo. his
 & ceteris istiusmodi uolunt aut epistolam non esse pauli quae ad
 philemonem scribatur. aut si & iam pauli sit. nihil habere quod
 aedificare possit & a plerisque ueteribus repudiata. dum
 commendandi tantum scribit officio non docendi. at econ-
 trario qui germanae auctoritatis eam esse defendunt.
 dicunt. numquam in toto orbe acunctis ecclesiis fuisse
 susceptam. nisi pauli apti crederetur. & hac lege ne secunda
 quidem ad timotheum & ad galatas eos deberent suscipere.